

47.  
h. 115, 19

Yb  
941

COMMENTATIONE IIII.  
DE QVIBVSDAM  
RVTHENEI  
DOCTORIBVS

NON ANTE  
SEPTVAGESIMVM AETATIS ANNVVM


DEFVNCTIS  
LVSTRATIONEM  
STVDIOSAE IVENTVTIS



A. D. R. cIdIdCCLXXI

POSTERIOREM

INDICIT



D. IO. GOTTFR. HAVPTMANN.

---

CICERO *Phil.* VIII, 5, 10.

*Vita mortuorum in memoria viuorum est posita.*

---

GERAE, LITTERIS HEINRICI GOTTLIBII ROTHII.

**O**rdinariorum doctorum de collegio, plures ad insignem  
actatis gradum adscenderunt. Inter rectores huc perti-  
nent M. IO. CHRISTOPHORVS LVDECVS et M. GE. LVD. GOLD-  
NERVS. Occupasse quidem laboris partem KOEBERVm ar-  
bitrabor, cum *memoriam illius Ludecianam* euoluerem. Sed, peni-  
tus inspecta, debitum magnis viris honorem, facunda meditatione,  
sistebat; memoriam ipsam vale dicturo commendabat. Loquitur  
de scriptis funebribus, ad KOEBERVm, Francofurtum missis: ac sane  
vellem, illorum quidpiam expiscari potuissem. Ceterum, dum  
haec anno cl<sup>o</sup>CLXXXIII. scripsit, vir ille beatus, et alibi, delit-  
teraria iactura, per incendium fatale, conqueritur; eadem ibi pe-  
riisse crediderim. Quae cum ita sint, ad sparsa Sibyllae folia con-  
fugimus. Patriam habuit LVDECVS Prenzlouiam Vckeranam. Aca-  
demicis studiis operam Vitembergae nauauit; vbi simul artium  
magister creabatur, ordinique philosophorum adiungebatur. Cum  
*Leonhartus Genselius*, Aprili mense cl<sup>o</sup>CXXXV., defunctus esset;  
in eius locum vocatus, Septembri noster accessit, Octobris autem  
d. XXVIII. munus ipsum suscepit, oratione sollempni, *de institutione*  
*iuuentutis*, ad quam prolesione inuitauit, vbi, per ambages stili,  
diu discendum, ac singulatim educationem disciplinamque iuuentu-  
tis esse momenti maximi, quibusdam exemplis et rationibus, com-  
probat. Laudatur, sub finem, *dominus clementissimus, qui, postpositis*  
*equisonibus, aulicis, mortonibus, scurris, minis, omnibusque iis, quae*  
*ab ignavis principibus maximi sunt, in eam praecipue curam incumbat,*  
*vs Ecclesiae et Scholae incrementum capiant, cet.;* sed auctoris ad vitam  
plane nihil pertinet. Eius alias conscriptiones tanto minus reperi;  
cum ne quidem hanc nosset KOEBERVs. Incidit *Ludeci* rectio, bre-  
uissima quidem, in turbidissimum tempus, quo conditor immor-  
talis et stator gymnasi moriebatur, hostes irrumpebant, contagio  
saeuiebat. Sequebatur dominum, celerrimo fato, *Wolf Winkler*,  
eques Variscus, ab aulae consiliis et inspector Ruthenici; nec alia  
deerant, tam memoranda, quam tremenda. Gaudebat ergo no-  
ster, cum, anno post, in ministerium sacrum Francofurtanum ad  
Viadrum, archidiaconus accerferetur, quo cl<sup>o</sup>CXXXVII. plane  
dis-

discessit. Memoriam post se doctissimi viri relinquebat, qui, consiliis amicissimi Buchneri fultus, non paucarum recitationum rationes disposuit, quae postea quam diutissime vigeant. In Viadrina ciuitate, socias manus Mart. Heinsio praebente, consignauit veram enarrationem argumentorum, quibus discrimen manducationis in coena et Capernaiticae creophagiae adsertum est. De sermonibus eius sacris, non nisi duo, litterariam in suppellectilem meam, venerunt. Alter, libertatem filiorum Dei ex Gal. V, 13. designans, cloloCXXXVIII. manibus *Abraami* S. R. I. tapiferi hereditarii L. B. *Waldburgi* cet.: alter, Simonis captiuitatem ac liberationem, ad Act. XII, 1-12. contemplans, cloloCXXXV. pie memoriae *Simonis Vrseni*, disciplinae diuinitus patefactae doctoris ac profesoris, neque minus pastoris et inspectoris Francofurtani, dedicabatur. Huius locum, in ciuitate sacra, post occupabat *Ludecus*, qui tandem, admodum senex ac visu prope captus, aetatis anno LXXVIII. moriebatur cloloCLXXXIII., in muneribus sedulus et indefessus. Neque *Geranorum* amicorum, *Io. Alberti*, *Io. Casp. Zopfi*, *Christophori Limmeri*, *Io. Fr. Koeberi*, memoriam vniquam ille neglexit. Filium relinquebat *M. David Sigfrid Ludicum*, concionatorem ibi suburbanum, mortuum cloloCCII. d. XIII. Apr. heredem simul paternae bibliothecae, quae post, auktionis lege, vendebatur.

GOLDNERVS ipse vitam suam consignauit, a nobis, mutatis mutandis, additis addendis, cloloCCXXXI. publici iuris factam. Subiecimus *commentationum Goldnerianarum indicem*, e collectione, quod tunc aiebant, omnibus numeris absoluta. Sensi tamen deinceps non nihil, etsi parum, adhuc deesse. Pertinent huc, de libellis or. *Ciceronis* pro A. Caecinna *Gerae* 17II. 8. et *Aur. Prudentii Clementis* selecta quaedam carmina, superiorum auctoritate, in gratiam studiosae iuuentutis edita, praemisit praefatio, de profanis et ecclesiasticis scriptoribus in ludis litterariis coniungendis, *Prudentii* vita, ab Aldo Romano olim conscripta, cet. *Ienae* 1715. 8. relationes ex *Parnasso* sol., *Bergeri* prol. de veteri *Roma* 4. Vigebat enim tunc adhuc, in commune salutaris, consuetudo, qua libellos ederent rectores, inter stipendia litteraria, praesertim studiosae iuuentuti distribuendos. Scriptis minoribus *Curianis* iungi merentur; gratulatio L. B. a *Stem* tradita, sol. sine anni nota, orationes

VI. natali *Christiani Ernesti* marchionis consecratae 1694. fol., nostro sermone, ligato liberoque. Anno 1695. versibus Germanicis inuitauit, ad gaudia CHRISTO reuiuifcenti sacra, itemque ad *Ὀνομαστῆρια Georgii Guilielemi* principis heredis, bis et sollempnem studiosae iuuentutis lustrationem indixit. Anno 1696. oratiunculam, examini publico, neque minus natali gymnasii, praemisam, et inuitationem carmine conceptam, adpellamus, alia poemata Curiana praetermittendo. Geranas ad occupationes, spectant etiam, in Heinricianis sacris 1724. Rufinus et 1728. *Die mit sonderbarer Glückseligkeit bekroente Tugend*; in nuptiis beatissimi Henrici XXVIII. 1721. corona laurea myrto interstincta; in funere *Tobiae Ioannis Eckoldi* 1702. vitae curriculum; in parentalibus *M. Heinr. Fischeri* 1718. archidiaconorum memoria renouata; in exercitationibus commilitonum 1700. prol. de ornamentis gymnasiolorum veterum. Alias aequae, variis occasionebus, gratulationes consignauit, in nuptiis v. g. *Lindnero-Beckianis*, *Schuberto-Pertschianis* cet.; ne quid plurimis de carminibus dicamus. Obiit vir beatus, annis prope quinquaginta gymnasticus doctor, cum essem in eo, quod in laudatione funebri dixi, sollempnes vti congratulationes illi praepararem.

De correctoribus, huc vnus certo pertinet IO. HEINR. WOLFIVS, cuius vitam nobis Goldnerus dedit, vt et Germanico sermone scriptum ab ipso curriculum, ad AD. FRID. WENDLERI sermonem sacrum funebrem, habemus. In vtraque narratione, perse, nihil equidem desidero: praecipue si, quod ad posteritatem spectat, prolusiones meas, generorum *Baumgaertelii* et *Wolfii* manibus dedicatas, adiunxerimus. Merita pariter, in laudatione funebri, paucis verbis ostendi. Ne tamen, vel hic, plane transire videar collegam olim, ad parentis instar, adamatum; maiores et scripta breuissime tangam. Proauus ipsi contigisse videtur *Balthasar Wolfius*, qui iam 1612. aerarium senatus Lobensteinensis curauit, a. 1632. humanis rebus exemptus. Habuit ille plures forte filios, apud Lobensteinenses ac Schleizenses, muneribus functos; sed duo singulatim exploratos habemus, *Erhartum* organoedum apud Lobensteinenses, annis 1625-1649., ac simul ab a. 1631. scribam ciuitatis, et IOANNEM. Hic ipse, cum alio *Io. Wolfio*, ab a. 1653. diacono, ab a. 1656. archidiacono Lobensteinensium, a. 1660. defuncto, non confundendus, lucem vidit 1595. d.

16. Dec., in illustre Ruthenensium 1609. mittebatur, Vitembergam vero  
 1611. Contagione grassante lenam anno post adiit, cessante  
 1613. denuo Vitembergam: vbi 1615. supremam in philosophia digni-  
 tatem obtinebat. A. 1617. d. 27 Oct. gymnasii Gerani collega tertius  
 constituebatur, vt 1619. vere nouo conrector. Eodem anno d. 2. Nou.  
*Ioannis Volkmar*, a consiliis ac litteris secretis, viduam Euphrosynen  
 in matrimonium accepit. *Hubmeiero* Coburgum abeunte, rectoris  
 simul partes, mensibus nouem, sustinuit. A. 1627. praeco sacer-  
 aulicus factus, anno post in collegium inspectorum recipiebatur.  
 Ad Tischizienfes pastor abiit 1633. mox autem, ab obitu *Io.  
 Simonis*, ad Lobensteinenses, antistes rei sanctioris. Hic Henrici  
 X. gratia perpetua valuit, vsque dum a. 1657 a). d. 2. Mart. migravit ad  
 beatos. Patruales habuit Henricum, Petrum Paulum, et Christi-  
 anum Wolfios. Liberos autem plures reliquit, quorum Iosephus  
 genuit Ioannem Henricum nostrum, cum duobus natu maiori-  
 bus filiis, Christiano et Io. Friderico. Non confundendus est Iose-  
 phus ille, cum eiusdem nominis e fratre forsitan nepote, 1677. ca-  
 merario, 1700. proconsule Lobensteinense, qui 1708. moriebatur.  
 Sed propius ad nos pertinent IOANNIS HEINRICI litterarum nonimenta.  
 Lipsienses disputationes, GOLDNERVS ET LYDOVICI memorarunt. Pos-  
 terior et Geranas lucubrationes, postquam eum 1694. priuatim in  
 illustre Ruthenensium introduxerat, et publicam orationem sollempni  
 prolusione commendarat Koeberus, ad annum vsque saeculi nostri  
 decimum, indicauit *b*). Ne cramben recoxisse videamur, indicem  
 illum non nisi supplebimus. Omisum quidem est, sub saeculi pro-  
 ximi finem, ad diem Martini, schediasma de Antichristo magno.  
 Addantur autem oportet festis prolusionibus, 1710. in scala Iacobo  
 visa, incarnationis mysterium: 1712. hircus emisarius, typus resur-  
 gentis CHRISTI; saeculum, quod audit quibusdam SPIRITVS SANCTI;

A 3

SER-

*a*) ita nepos, in narratione manu scripta: *memoriae vero Lobensteinenses*  
 (*Lobenst. Denkmaal*) et GOLDNERVS prol. de conrectoribus ill. Ruth. 1658. nomi-  
 nant. *b*) in *hist. reliorum et gymnasio. P. III. p. 348-354*. Habemus quidem et  
 indicem qualemcumque ZEDLERIANI *lexici* T. LVIII. p. 766. sed, accuratorem ne  
 desiderem, nimiae molis est ille liber, quam qui, pluribus a minorum scriptorum  
 amatoribus, euoluatur.

SERVATOR, omnibus omnino hominibus natus: 1714. obseruationes  
 ad D. Io. Eckii vitam et scripta (ni Goldnerus auctor est huius pro-  
 lusionis); SPIRITVS sanctus, quem Hebraei veteres nomine *Schechina*  
 venerati fuerunt; cedri surculus, seu MESSIAS, ex Ezech. XVII.:  
 1716. e suavi passionis ac mortis salutiferae somno, euigilans IESVS  
 ad Ier. XXXI, 25. 26.; SPIRITVS sancti per verbum operantis gratia;  
 consideratio nominis MESCHIAH: 1718. resurrectio IESV CHRISTI, con-  
 tra negantes eam Iudaeos, adserta; *Ruach Hakkadosch*, quem plane  
 alium moderni Iudaei fingunt, DEVS verus Pl. LI, 13. et Ier. LXIII, 10.,  
 reiecto Iudaeorum modernorum duplici Messia, vnus verus MESSIAS:  
 1720. CHRISTVS resurgens, salutem animarum nostrarum procurans;  
 benigna spiritus sancti, qua homines dignatur, illuminatio; dux et  
 princeps praepotens, e Iacobi stirpe prodiens, ad Ier. XXX, 21.:  
 1722. CHRISTVS, Iudaeorum perfidia cadens, gloriose tamen e morte  
 resurgens; SPIRITVS sanctus *ἀλλήλων τὸν νόσον*; Iudaicae gentis, Mes-  
 siam adhuc venturum anhelantis, desiderium: 1724. CHRISTVS per  
 Ionam prophetam praefiguratus; SPIRITVS sanctus *αὐτὸς ἔφα*; CHRIS-  
 TVS, per gradus velut quosdam, in V. T. reuelatus: 1726. IESVS,  
 qui, vt *Elischa* in typo, *θαυματοργός* in morte fuit; solatium *Eliae*  
 afflictissimi, leni in aura adparens, SPIRITVS S.; Nehemias quidam  
 IESV typus: 1728. *Methuschelachus*, CHRISTVM mortis victorem adum-  
 brans; explicatio dicti Io. III, 16.; vaticinium illustre de *Serubabele*:  
 1730. seruatores, in libro iudicum, SERVATOREM mundi adumbrantes;  
 SPIRITVS sanctus, qui pios sanctioris doctrinae, Augustana confessione  
 comprehensae, confesores in omnem veritatem reduxit; dignitas  
 et necessitas doctrinae; de vnione personali: 1732. CHRISTVS IESVS,  
 post biduum, die tertia, nos viuificans, ex Hof. VI, 1. 2.; locus Rom.  
 VIII, 26. SPIRITVI S., aduersus contra sentientes, vindicatus; super-  
 stitiosus euangelii *Ioannis* abusus reiectus: 1734. diatribe, *δελυσσι* et  
*ἐκπεριαι* cap. LIII. *Iesaias* delineans, et commendans; altera disl. ad  
 Ier. LIII.; demonstratio, gloriam *θεωθεώπου*, peruersa vnionis per-  
 sonalis expositione, labefactari et corrumpi. Nec aliis minus exer-  
 citationibus variae conscriptiones praeluserunt. Inscribuntur autem  
 1710. *Gregorius Nazianzenus* SS. TRINITATIS confessor, praeco et de-  
 fensor *ἀεθδοδοξάτατος* disl. VI. 1711. disl. VII. et VIII. 1712. disl. VIII. et X.  
 1713. disl. XI. et XII. 1714. disl. XIII.; *γνησίας*, ad mentem *γνησίας ἐφθ*  
δόξων

Ἰδὲων theologorum delineatae, ἰουσιβείας συνταγῆς: 1715. Συνταγῆς  
 epistolae Pauli ad Galatas ipsiusque argumenti primarii: 1716. *Greg.  
 Naz.* dis. XIII. *Io. Foxus*, Anglus, theologus reformatus, locum  
 Apoc. XIII. 6. 7. de *Luthero* exponens: 1717. qui Augustanae confes-  
 sioni male cupiunt, certe minus eidem fauent; de euangelica reli-  
 gione, vnice ad salutem ducente: 1718. Vita et merita *D. Sim. Mu-  
 sai*: 1719. confessorum veritatis caelestis sincera constansque confes-  
 sio, verbis formulae concordiae, *credimus, docemus, et confitemur*,  
 declarata; Alphabetum magnum, siue Pl. CXVIII. 1725. *Greg. Naz.*  
 dis. XV.: 1728. Ὅσπερον πρότερον nouatorum nostrae aetatis. Alia quo-  
 que publici iuris hic fecit, senior olim noster. Spectant eo 1713.  
 Litaniam Graecam, e *Mich. Neandri* catechesi 4.; 1714. ep. Lat. *M. Io. Tbb.  
 Wilhelmi* conr. in gymnasio Schleusingeni munus gratulans, fol.; 1716.  
*D. Io. Fechtii* vita fol.; 1726. *Rabbi Davidis Vital* Hispani explicatio sym-  
 boly iudaici et obseruationes non nullae succinetae 4. ambo quidem  
 specimina saltem. Externa forma prolusiones, dum festae, ad an-  
 num saeculi XXVI. patente, post quater partita, ceterae iam poste-  
 riore, iam in folio, sistuntur, eo facilius confusionem parere pos-  
 sunt, quoniam et eadem argumenta, v. c. de *Greg. Naz.*, diuersa forma  
 reperimus. Licet autem equidem Ludouicianam, ab auctore forsi-  
 tan ipso suppeditatam, rationem, in supplemento, sequutus sim: iste  
 tamen index, minorum *Wolffi* conscriptionum amatoribus, quales esse  
 plurimi deberent, insignem adferet vsum; quia vix vnus et alter omnes  
 possidebit.

Sed, ad inferiores progrediendum est. Inter collegas tertios,  
 quorum primus *M. Io. Trillerus*, in Lat. carmine, *Hofmanno* cancella-  
 rio cl. cl. CX. scripto, sese subconrectorem vocat; qui vero iam con-  
 rector adpellantur, locum hic obtinere videtur *Matthaeus Müllerus*,  
 Elystromontanus. Is, cum anno cl. cl. CXIII. *Henricus VIII.* infans  
 obiret, et orationem parentalem ipsi dedicaret *Hubmeierus*, post  
*Leidenfrostium* cantorem occupans locum, ac se collaboratorem  
 scholae dicens, elegias adiecit. Inde, quod *Koerberus*, tam in dis-  
 sertatione de praeceptoribus Rutheni publicis, quam in fastis  
 nostris, vt vbique fit, totidem verbis enarrat, in academiam Li-  
 psensem iterum abiit, ad maiorem eruditionis vim et copiam com-  
 paran-

parandam. Ibidem A. M. et P. L. C. mox reuocatus c), tertium ordinem accepit; quo nomine, d. XI. Maii clolo CXV. defunctum primum antistitem, *Glaserum* versibus celebrauit. A. clolo CXVI. d. III. Non. Sept. Catharinam, M. *Nic. Amelungii*, Thauensium pastoris viduam, *Glaseriae* sororem, ducebat. Cum haec, antistitis *Krügeri* filia, praecedente iam saeculo nupta, quinque liberorum parens ac septem annorum vidua, ipse pariter mox hic archidiaconus constitutus, ac deinceps pluribus annis dioecesis Plauiensis adiunctus et senior esset; in idem coniectant, nec adeo iuuenem fuisse Müllerum, cumque demum clolo CLV. d. II. Oct. moreretur, adnumerari senioribus posse; quamuis illius annos exquirere frustra laboraremus. Vacillat autem coniectura: quoniam, in carmine quodam, vir iuuenis appellatur, vetulae pariter subinde iunioribus nubunt, et tunc *Amelungii* iunior frater *Heinricus* rei sacrae Geranorum praefuit. Neque diu labores gymnasticos exantlauit noster. Nimirum, a biennio, *Gerani* coetus archidiaconus d), et aliquot annis post, *Elsterbergensium* pastor, euadebat; *Wolfgango Feigio* successor datus, qui, cum diacono *Io. Graui*o, adhuc, ipsi de nuptiis gratulatus erat. Certiores hic partes obtinet *Io. Hirtzschold* Geranus, natus clolo CXXXI. d. VIII. Ian. defunctus clolo CCXII. d. V. Sept. Introducens, prolusionem inscripsit: *Mel in felle*. Cetera dabit, in prolusione funebri, GOLDNERVS.

Professor linguae Gallicae FRANCISCVS IACOBVS THOLOZANVS, grammatico libello, variorum scriptis editis, et prolusionibus Heinricianis, inclutus, hic vixit. Vinariam clolo CCXXXVIII. abiit, ibique post dimissus, lenae Halaeque vixit, ubi, grandaeuus pariter et egenus, decedebat.

Inter cantores, quos vocant figurales, duo sunt, quorum de posteriore vix, de priore magis dubito, num huc referri mereatur. PETRVS NEANDER, ob egregiam artis suae notitiam *compnista* dictus, a corporis statura longus, ab itineribus plurimis

c) Koeberus annum XV. nominat. Sed iam, in carminibus, *Io. Volkmaro*, d. III. Jun. clolo CXIII. mortuo, dicatis, eius carmen, Lipsiae scriptum, ante *Leidenfrostii* cantoris, exhibetur. Vnde conicio, certe tunc eum designatum fuisse. *Volkmar* ille, quod obiter moneo, primus erat, in aede SS. TRINITATIS, tunc recens condita, sepulorum. d) ideo iam clolo CXVII, in carminibus, *Volkmanno* sponsoferis, proximum ab *Hübniere* locum obtinet.



mis Vlyses, per annos XXXVII. ad R. D. c1010CXXXV. muneri suo praefuit. Ipsius de familia vitaeque partum constat. Mich. Neander, Soranus e Silesia, aetatis anno LXX. saeculi decimi sexti LXXXV. decesserat apud Ilesfeldenses, sed coelebs. M. Christophorus Neander, Coldicensis, Altenburgi, cum fratre Ioanne, studiis operam nauarat, Dresdeniumque cantor creabatur anno c1010CXV. sed, inter ipsi gratulatos fratres, praeterea solus Casparus, Ecclesiae Rochlicianae diaconus, comparet. Vnum nomen, nostri filium D. Io. *Dammenhauo*, Altenburgensi, archiatro Ruthenico inque gymnasio physices professori, nupsisse. Praeterea memorat Koeberus, ipsum animos et ora discipulorum in se conuertisse, narrationibus itinerum suorum, indeque non raro docenda prudenter illustrasse. Successor eius ANDREAS GLEICHIVS, Erfurtinus, in aula Dresdenium theologi celeberrimi parens, horam in gymnasio nullam vel operam temere negligens, adquirent demum, senio laboribusque festus, d. XXIII. Febr. D. R. A. c1010CLXXXIII. Biennio post, laudatorem nanciscebatur *Chr. Fr. Schmidium*, Ger., cuius orationem KOEBERVS, prol. *de mysticae quibusdam admirandis*, indixit.

Cantorum, quos *chorales* vocant, vnus in censum venit EHRENFRIID SCHMID, natus Saalburgi c1010CLXVIII. d. XII. Oct., patre Ioanne, diacono superiore. Ruthenium, aetatis anno XV. salutans, a beato Koebero, ciuibus in ordine secundo primi candidatis accensbatur. Incendium Geranium, opem ipsi ferenti, pectoris angustiam et alia mala confluuit, quae tandem eluctatus, anno saeculi LXXXI. Ienam abiit. In academicorum numerum referebat Io. Paul Hebenstreit, quem et, neque minus Fridem. Bechmannum aliosque, doctores habuit. In patria cantor is prouineiam suscepit, sexennio post, sed Geram, a CELESTISSIMIS COMITIBVS, collega V. vocabatur c1010CCXXI. Ab hoc munere, beata morte, promouebatur c1010CCXXXV., tamquam vir, quod scribit *Golänerus*, egoque, meritisimi viri per plures annos conuictor, aequali iure restor, pius, modestus, adiduus, concors, accuratioris disciplinae tenax, et omnium rerum suarum, vti par est, satagens; licet subinde, diebus hebdomadam festis, ab hora quinta matutina, propemodum ad septimam vsque vespertinam, occupatus esset, in munere suo. Duas filias reliquit, hodieque per gratiam diuinam superstitis: quarum Iulianae Mariae, iam dudum inter caelites coniux, *Io. Nic. Kober*, ill. Ruth. coll. VIII. postea Tischiensium pastor fuit; Io. Dorotheae maritus, collega noster VII., foceri vestigia laudabiliter premit.

Inter VI. VII. et VIII. clas sis magistros, CHRISTIANVS PVFLER, Ger. ab c1010CXVI. ad c1010CXXXVII. collega, grandis aeuo, defunctus dicitur in officio suo. IAC. LOTICHIVS seu LOTGIUS, Morauus, post ab a. c1010XXXI., apud Schleizenfes cantor, rure tandem donatus, adhuc XXIII. annis vixit, ac decrepitu d. VIII. Dec. c1010CLXXXVI. abiit ad plures. MICH. PEZOLD, deinceps Hirschfeldensium per XXXVII. annos pastor, ac ministerii Geranae dioecesis sacri senior, d. XI. Dec. c1010CLXXVI. faciens iter, apoplexia corripiebatur, vnde triduo post, aetatis anno LXXVI., defunctus in templo sepeliebatur. ERNESTVS CAFFELIVS, hinc c1010CXXXIII. Zwoezensium pastor, ibid. VIII. Sept. c1010CLXXXII. cum sexennio Thomam Schmidium sibi substitutum habuisset, longaeuus obiit. ERHARDI et IO. CASP. WENDLERORVM patris et filii, iam in stirpe

*sacra Wendlerorum mentio facta.* Posteriorem, aetatis anno LXXVIII. defunctum, etiam laudatione funebri praedicabam. Superest adhuc eius natu maior filia Christliana Sophia, *Io. Kil. Ditmari*, nunc biennio et quod excutrit, vidua. IO. GE. DORSCHIVS, post varia fata, collega VIII. constituebatur d. XXIII. Apr. c1515CCXXXIII. et annos LXX. natus, d. V. Nou. c1515CCLIII. ad sublimiora tuberosus euehebatur.

De, non quidem in collegium receptis, publicis tamen aequae magistris, solus memorari debet TOBIAS TOELLNER, rationibus ac scriptioni quondam praefectus, qui porro promotus, demum anno saeculi X. aetatis LXXXVI. vitam cum morte commutauit. Nos autem, de senum illorum commemoratione, nostram ad aetatem, singulatim ad gymnasii PRAESIDES, virisque rei publicae PATRES, PROCERES et eruditos CIVES, accedimus, quibus longissimam, simulque prosperrimam vitam praecati, Musarum Germanarum aedem, in publica lustratione, proximis diebus, frequentandam, ardentissime commendamus. P. P. Gerac d. XV. Sept. A. C. D. c1515CCLXXI.

INSTITVTIONIS AVCTVMNALIS ET HIBERNAE, PRAESIDIO DIVINO  
PERFICIENDAE, DESIGNATIO.

### PROFESSORIS THEOLOGI LOCO,

**D**irector, dogmatum sacrorum historiam, ad falsarum haeresium fontes aperiendo, enarrabit; ipsos autem errores, proximo semestri, si DEVS voluerit, confutabit.

### PROFESSOR IVRIS

**A**liqua aegritudini et infirmitati leuatione reperta vires et praelectiones resumere optat.

### PROFESSOR PHYSICES

**A**bsoluta de sono doctrina, memorabilia montium enarrabit.

### DIRECTOR,

**O**pe DEI nixus, hebdomadam *altero die*, hor. VII. matutina, post odas pias, *Paulinas* epistolas ad Timotheum ac sequentes, e fontibus interpretabitur; *Hutterumque*, coram vtraque classe, finiet; pomer. II. coram sua, *Maronis* orationibus, odas addet *Horatianas*: III. *Φιλεββαίου* A. F. primaria quaedam effata proponet; in ordinario collegio, V. consilium de studiis academicis perficiet, VI. in *Ciceronis* de N. D. tractatione, progredietur:

*Sequentis* hora VII. *Mosaicos* libros Hebraeos et disciplinam sanctiorem, VIII. praescam historiam continuabit; VIII. professoris theologi partibus sugetur; a meridie II. recentissimam historiam exercendo stilo commodabit:

*Proximi* VIII-X. *Mosaicos* libros et *Ernesinam* *ὀντολογία* enucleabit; X-XII. diligentioribus, si qui fuerint, historiam et doctrinam epistolica tradet:

Quinti

Quinti VII. N. T. Graecum ac philosophiam; II. *Suetonii* Neronem; III. disciplinam sanctiorem; V-VII. ἀπομάλυσιν, et grammaticam generalem explicabit:

Penultimi X et XI. *Ciceronianis* ac *Plinianis* exemplis ἐπιστολογραφίαν instruet:

Ultimi h. VIII. elementorum Hebraicorum posteriorem partem absoluet; X. epistolas Germanicas recentiores, XI. noua, quae publice feruntur; IIII. arithmeticam curiosam; V. geographicas obseruationes, exponet; VI. demum disputabit, ac subinde praeterita repetet. Nec alias operam suam desiderari, B. c. D., patietur.

## PROFESSOR ELOQUENTIAE.

In erudiendis commilitonibus ita per semestre hibernum, Deo propitio, seget, vt

DIE LVNAE, VIII-IX. puram dictionem latinam suos doceat, IX-X. in priori parte Rhetorices *Ernesti* pergat, X-XI. Epistolas Pauliad Galatas et Ephesios proponat, I-II, Curtiumque finiat.

DIE MARTIS, VIII-IX. iterum in stilo suos exerceat, IX-X. Inl. Caesari, X-XI. epistolis Ouidii nonnullis, I-II. Virgilio Eclogis, III-IV. Plutarcho de discrim. amici et adulat. operam impendat.

DIE MERCVRII, IX-X. Poesin, X-XI. Cic. libr. tertium de officiis, tractet.

DIE IOVIS, IX-X. Aesopi, X-XI. Virgilio in Aeneid. libr. I et II. I-II. Ciceronis, in orat. Milon. venter offendat.

DIE VENERIS, IX-X. explicato Euangelio Ioannis Literas Pauli ad Romanos, X-XI. doctrinam sacram, II-III. eandem rursus orat. Tullianam, III-IV. Lycurgum, interpretetur.

DIE SATVRNI, VII-IX. Graecas corrigat exercitationes, et Pindarum, X-XI. Horatii Odas, explanet, praetereaque lectiones consuetae priuatisimas, quas habet, licet haud multis uerbis commemoret, persequatur.

## C O N R E C T O R ,

DIE LVNAE, hor. VIII. finitis precibus, disciplinam sanctiorem, ducente *Rackdeschelio*, ordini tertio; VIII. Grammaticam lat. marchicam eidem et quarto; X. Ciceronis ad diuersas epistolas priori; II. eandem secundo; III. tertio explicabit.

DIE MARTIS, VII. Grammatices filium resumet; VIII. libellum, cui titulus: *Kurze Saeze* etc. X. historiam et geographiam; I. Grammat. lat. II. Corn. Nep. secundo ordini illustrabit; III. in compositione latina suos exercebit.

DIE MERCVRII, VIII. exercitij versuumque latinorum materiam suis dictabit; X. Phaedrum; XI. Grammaticam graecam enarrabit.

DIE IOVIS, VIII. Lucae euangelium ordini secundo interpretabitur; VIII. X. II. suorum elaborationes emendabit; III. Corn. Nep. cum illis leget.

DIE VENERIS, VIII et X. eundem persequetur; I. Ciceronis epistolas coram ordine secundo dilucidabit; II. Ioannis euangelium; III. *Gottschedii* Grammaticam germanicam suis exponet.

DIE SATVRNI, VIII. et VIII. graeca; X. poesin latinam; I. *Freyeri* fasciculum graecum cum suis tractabit.

LE

LEÇONS FRANÇOISES.

**L**undi, on expliquera les Regles de la Grammaire. *Mcredi et Samedi*, on continuera les Aventures de Telemaque.

Quinque classium reliquarum totidem doctores, in litteris inque musica, similiter, tam publice quam priuatim, assiduitatem et ingenii dexteritatem, numquam non, impendent.

Scientia numerorum, artesque, corpus ad musicae concentus mouendi, gladiumque perite tractandi, pariter publicis horis, docentur et exercentur.

DISPUTATIONVM, A QVIBVSDAM ORDINIS PRIMI CIVIBVS  
HABITARVM, INDEX.

Egerunt hoc semestri spatio, IO. GOTTF. VOGT, *Ger.* 1) de clesphydris, neg. MEYERO; 2) de feruis medicis, neg. HARTMANNO:

IO. CPH. OETTEL, *Poesnecc.* de vocabulo Episcopi, neg. MEYERO:

CAR. GOTTF. MEYER, *Ger.* 1) num omnes homines ad animi magnitudinem sine accommodati, neg. SCHWETSCHKIO; 2) de fratribus aualibus, neg. BECKERO; 3) de legum quarundam apud Romanos praestantia et vtilitate, neg. BRAEVNLICHIO; 4) de accensis forensibus Romanorum, neg. VOGTIO; 5) de naumachia, neg. BECKERO:

IO. FRID. HARTMANN, *Saalburg.* 1) de conuiuio fanebri Hebraeorum, neg. LOTZIO;

2) de conuiuio fanebri Romanor. neg. BECKERO:

IO. CHR. KROPFANSS, *Vidensf.* de Trophonii oraculo, neg. MEYERO:

CAR. CPH. LIBIG, *Neost. ad Or.* de Palladio, neg. HARTMANNO:

CAR. GVIL. SCHWETSCHKE, *Glauchau.* de sene depontano, neg. MEYERO:

GE. CPH. FICHTNER, *Ebersd.* quid ad symbola commouerit homines, dubit. MEYERO:

IO. DAV. BRAEVNLICH, *Vidensf.* num animi hominum, vna cum Adami animo, creati sint? neg. BECKERO:

FRID. IO. AVG. ERDMANN de KVTZSCHENBACH, *eqves Var.* de morte Alexandri M. neg. BRAEVNLICHIO:

GE. HEINR. LOTZE, *Mühlberga-Thur.* de tabulis votiuus, neg. MEYERO:

GVIL. GOTTLIB BECKER, *Zwickau.* 1) de iure mortuorum, neg. HARTMANNO; 2) de deo Termino, neg. MEYERO; 3) de campis Elysiis, neg. BRAEVNLICHIO.

Praemia scripturae litterarum elegantioris accipiunt, in Ord. II. C. C. G. Engelhardt, G. F. Kunz, H. C. Kupfer; in III. I. H. Koelbel, I. E. Gost, I. A. Kaempfe, in III. I. G. Oertel, C. W. Ludert, I. G. Strunz.

Exemplis trahitur prauu studiosa iuuentus;


Si premitur virtus, vitium caput erigit exlex:

Sin sua quodque refert laudabile praemia factum;

Ordine quaeque suo, cedent feliciter ausa,

S. D. G.!

X 3430372



B.I.G.

Farbkarte #13



MENTATIONE IIII.  
DE QVIBVSDAM  
THE NEI  
TORIBVS

NON ANTE  
SIMVM AETATIS ANNVM  
EFVNCTIS

ATIONEM  
AE IVVENTVTIS

R. c1D12CCLXXI  
POSTERIOREM  
INDICIT

FR. HAVPTMANN.

o Phil. VIII, 5, 10.  
m in memoria viatorum est posita.

IS HEINRICI GOTTLIBII ROTHII.

Yb  
941

